...molit altari.

...e· & omnia
...ut· si abiit
...d donec red

agente pō. alimonia conse
cuti· quesumus dne ut q d ore
percepimus· mente sectemur· p.

7

... ipsum ...

sape i dn̄o· Rogo etiā & germa
ne conpar· adiuua illas quae mecū
laborauit. ī euangelio cum

tati hypoc
nūmisma c
ei denariū·
imago haec

Justi meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. Noli emulari. Gloria. Euouae.

Concede quesumus omnipotens deus ut ad meliorem vitam sanctorum tuorum exempla nos provocent, quatinus quorum sollempnia agimus etiam actus imitemur. Per.

Lectio. Testificor coram deo et Ihesu Christo qui iudicaturus est vivos et mortuos et adventum ipsius et regnum eius: predica verbum, insta oportune importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangeliste, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor et tempus resolutionis mee instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitie, quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex.

Iuravit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. V. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis.

Alleluia. V. Disposui testamentum electis meis, iuravi David servo meo.

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi vestri precincti, et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi quos cum venerit invenerit vigilantes. Amen dico vobis quod precinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit et ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Ait autem Petrus: Domine, ad nos dicis parabolam hanc an ad omnes? Dixit autem dominus

Quis putas: fidelis dispensator et prudens quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille servus quem cum venerit dominus: invenerit ita facientem. Vere dico vobis: quia super omnia que possidet: constituet eum.

Gloria et honore coronasti e- um et constituisti eum super opera manuum tuarum do- mine.

Hostias tibi domine beati felicis confessoris tui dicatas meritis benignus assume et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per.

Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso.

Sumpsimus domine salutaribus repleti misteriis: ut cuius sollempnia celebramus eius orationibus adiuvemur. Per.

Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum ut sit illi sacerdocii dignitas in eternum.

Misericordias domini. Gloria euouae.

Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi: et beati marcelli martiris tui atque pontificis meritis adiuvemur: cuius passione letemur. Per.

RS: Plures facti sunt sacerdotes secundum legem: idcirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem eo quod maneat in eternum: sempiternum habet sacerdocium. Unde et salvare in perpetuum potest: accedens per semetipsum ad deum semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex: sanctus innocens impollutus segregatus a peccatoribus et excelsior celis factus. Qui non habet cotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre deinde pro populo. Hoc enim fecit semel offerendo: dominus noster ihesus christus.

Inveni david servum me- um oleo sancto unxi eum manus enim me- a auxiliabitur e- i et brachium me- um confortavit e- um.

Nichil proficiet inimi- cus in e- o et filius iniquitatis non nocebit e- um.

Alleluia.

imme manet. All. Magnus scs pa

Tu es uas electionis sancte paule

aposto le uere digne es glorifi

can dus. Predicator ueritatis

& doctor gentium populorum. Per te

omnes gentes cognouerunt gratiam dei.

Interce de pro nobis ad deum qui

te ele git.

In illo R. Dix simon petrus ad ihm.
Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus
te. Quid ergo erit nobis: Ihesus autem dix illis
Amen dico uobis: quod uos qui secuti estis
me in regeneracione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue sedebitis
& uos super sedes duodecim iudicantes
duodecim tribus israel. & omnis qui reliquerit do
mum uel fratres. aut sorores aut patrem.
aut matrem. aut uxorem. aut filios
aut agros propter nomen meum: centuplum
accipiet: & uitam eternam possidebit.

Michi autem nimis

[...]pti tui pauli quesumus domine precibus plebis tue
dona sanctifica ut qui tibi tua grata sunt

instituta gratiora fiant patrocinio
supplicantis. p. Vos qui se

cuti estis me in regeneracione cum

sederit filius hominis sedebitis & uos

super duodecim sedes iudicantes israel.

[...]aciasti nos domine salutari
misterio. quesumus ut pro nobis eius non desit oracio.
cuius donasti patrocinio gubernari. p.

Vultum tuum deprecabuntur

omnes diuites plebis adducentur regi

uirgines post ea proxime eius offerentur

tibi in leticia & exultacione. Eructa

uit cor meum. Gta e u o u a e.

[...]s qui nos annua beate agnetis
martiris tue sollempnitate letificas
da ut quam ueneramur officio etiam
pie conuersacionis sequamur exemplo. p.

[C]onfitebor tibi domine
rex: & collaudabo te deum saluato
rem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam
adiutor & protector factus es michi. & li
berasti corpus meum a perdicione. a laqueo
lingue inique: & a labiis operancium
mendacium. & in conspectu astantium

factus es mihi adiutor et liberasti me secundum
multitudinem misericordie nominis tui a rugi
entibus preparatis ad escam de manibus quae
rentium animam meam et de portis tribula
tionum que circumdederunt me et a pressura
flamme que circumdedit me et in medio ignis
non sum estuata de altitudine ventris
inferi et a lingua coinquinata et a verbo
mendacii a rege iniquo et a lingua
iniusta. Laudabit usque ad mortem
anima mea dominum et vita mea
appropinquans erat in inferno de
orsum. Circumdederunt me undique
et non erat qui adiuvaret. Respiciens
eram ad adiutorium hominum et non erat.
Memorata sum misericordie tue domine et que
operationis tue que a seculo sunt. Quoniam eruis
sustinentes te et liberas eos de manu
gentium domine deus noster.

Specie tua. Propter veritatem.

Alleluia. Specie tua
et pulchritudine tua intende pro
spere procede et regna.

Simile est regnum. Offerentur.

Super has quesumus domine hostias benedictio
copiosa descendat que et sanctificatio
nem nobis clementer operetur et de
martirum nos sollempnitate le
tificet. Per.

Simile est regnum celorum homini nego
tiatori querenti bonas margaritas inventa
una preciosa margarita dedit omnia sua
et comparavit eam. Sumpsimus domine
celebritatis annue votiva sacra
menta presta quesumus ut et temporalis nobis
vite remedia prebeant et eterne. Per.
ne sancte pater omnipotens
eterne deus benedicere et sanctificare
digneris ignem istum quem nos indigni
suscepimus per invocationem unigeniti
tui domini nostri ihesu christi quem hodie
in templo presentatum iustum symeonem
diu expectantem in ulnas suscepisse
novimus et salutare tuum esse faciem
omnium populorum esse lumen scilicet gentibus et
gloriam plebi tue israhel prefatus spiritu do
cuisti. Te quesumus domine benedicere dig
neris lumen istud et omnibus illud manu
gestantibus honorem vultus tue ma
iestatis concede ut te agnoscentes
per viam virtutum ad te valeant per
venire. Per.
Domine deus creator celi et terre rex
regum et dominus dominantium exaudi
nos indignos famulos tuos cla
mantes et orantes ad te. Itaque te domine
sancte pater omnipotens eterne deus qui omnia ex nichilo
creasti et iussu tuo per opera apium hunc